

**USR LOMBARDIA- CUSL (Consulta Universitaria di Studi Latini)**  
**Certificazione delle Competenze della Lingua Latina 2022- Livello A**

*Pars prior: Hercules contra Ilium movit.*

*Summarium*

Hercules, vir Graecus, contra Ilium movit; Laomedon, Ilii rex, ab Hercule interficitur et oppidum capitur. Telamon, Herculis socius, Hesionam, Laomedontis filiam, ab Hercule dono habet; deinde Priamus, Laomedontis filius, Ilii moenia nova aedificat et multos milites legit.

1	Hercules ad Ilium iērat, et eos qui erant in oppido premēre coepit. Ubi Laomedonti <sup>1</sup> nuntiatum
2	est premi ab hostibus Ilium, in oppidum rediit, et in itinere ab Hercule occīdītur. Telamon <sup>2</sup>
3	primus in Ilium oppidum iit: <b>cui</b> Hercules virtutis causā <sup>3</sup> Hesionam Laomedontis regis filiam
4	dono dedit. Ceteri vero qui cum Laomedonte iērant occīduntur. Priamus in Phrygiā erat, <b>ubi</b>
5	eum Laomedon, eius pater, exercitui praefecērat <sup>4</sup> . Hercules et qui <b>cum</b> eo venērant praedam
6	magnam fecērunt, et ad naves eam portavērunt. Inde <b>domum</b> proficisci decrevērunt <sup>5</sup> .
7	Telamon Hesionam secum tulit. <u>Ubi nuntiatum est, patrem occisum esse</u> , praedam captam
8	esse, Hesionam sororem dono datam esse, <u>Priamus id graviter tulit</u> . Ilium petit cum uxore
9	Hecubā et liberis Hectore, Alexandro, Deiphobo, Heleno, Troilo, Andromachā, Cassandrā,
10	Polyxenā. Nam <u>erant ei etiam alii filii</u> ex concubinis nati; sed Priamus neminem ex regio genere
11	dixit esse, nisi <b>eos</b> qui essent ex legitimis uxoribus. <b>Ut</b> Priamus Ilium vēnit, <b>ampliora</b> moenia
12	aedificavit, et <u>militum multitudinem ibi esse fecit</u> , <b>ne</b> opprimeretur, ita ut Laomedon pater eius
13	oppressus erat.

<sup>1</sup> Laomedon, -ontis, m. = Troiae rex, qui apud portum Simoenta erat, dum Hercules contra Ilium movet.

<sup>2</sup> Telamon erat unus ex Herculis sociis

<sup>3</sup> Virtutis causā = propter virtutem

<sup>4</sup> Exercitui aliquem praeficio = aliquem imperatorem facio.

<sup>5</sup> Inde domum proficisci decrevērunt = Inde consilium cepērunt ut domum redirent

1. Si propone una parafrasi del brano: completala barrando la casella del sostantivo prescelto in corrispondenza del numero. (6 punti).

Illi cives ab Hercule pressi sunt, postquam 1 Ilium venērat. Laomedon, Illi rex, cognovit hostes contra civitatem bellum 2 sed Hercules eum interfēcit, dum Troiam redit. Telamon, qui primus in civitatem intravērat, ab Hercule Hesionam accēpit, quia 3 magna virtus erat. Priamus, Laomedontis filius, Troiae non erat quia pater eum imperatorem in Phrygiam misērat. Cum magnis opibus 4 rapuērant in oppido, Hercules et eius socii domum rediērunt et Telamon secum Laomedontis filiam 5. Priamus tristis factus est cum cognovisset patrem mortuum esse et sororem in Graeciam latam esse. Is cum familiā suā Ilium vēnit et novos muros aedificavit et voluit magnum exercitum habēre, quia 6 ab hostibus sicut pater vinci.

	Troianus	Vir	Nolebat	Quas	Ducta est	Movisse	Ei	Ire	Eum	Nollet	Duxit	Quae
1												
2												
3												
4												
5												
6												

2. Leggi le seguenti affermazioni riferite al testo e BARRA LA RISPOSTA ESATTA (**VERO/FALSO**), in base a quanto hai letto nel testo. (6 punti)

1.Illi rex a Telamone occiditur in itinere ad oppidum	V	F
2.Priami soror dono datur primo Troiam intranti	V	F
3.Telamon, Ilium intrans, Hesionam videt et rapit	V	F
4.Cum Hercules et eius socii domum rursus veniunt, Telamon non vult Hesionam secum ferre	V	F
5.Priami filii ex concubinis generati ex regio genere non dicuntur	V	F
6.Priamus multos milites vult ut civitatem suam defendant	V	F

3. Barra la risposta corretta fra quelle proposte, in base a quanto hai letto nel brano. (8 punti)

- A. Quando Laomedon moritur?
  - a. Postquam Ilium ab Hercule deletum est
  - b. Cum Telamon eum occidit
  - c. Dum Ilium venit
  - d. Dum Hesiona a Telamone rapitur
- B. Quis est Telamon?
  - a. Unus ex iis qui cum Laomedonte Troiam redeunt
  - b. Unus ex iis qui cum Hercule Ilium veniunt
  - c. Unus ex iis qui in oppido premuntur
  - d. Unus ex iis qui cum Priamo in Phrygiā sunt
- C. Quomodo Telamon virtutem suam ostendit?
  - a. Primus contra hostes movit multosque occidit
  - b. Primus in hostium civitatem venit
  - c. Primus praedam et Hesionam ad naves fert
  - d. Primus contra Herculem et eius milites movit
- D. Quis est Hesiona?
  - a. Telamonis soror
  - b. Herculis filia
  - c. Una ex Trojanis captivis
  - d. Una ex Priami filiis
- E. Cur Priamus in oppido non est cum Hercules Troianos petit?
  - a. Quia fugit ante hostes
  - b. Quia pater eum in exilium egit
  - c. Quia Hercules eum in Phrygiam misit
  - d. Quia in Phrygiā cum Laomedontis exercitu erat

- F. Quid facit Hercules postquam Troiam cepit?  
a. Laomedontem occidit  
b. In patriam redit  
c. In Phrygiam it  
d. Contra Priamum movet
- G. Quis est Deiphobus?  
a. Unus ex Herculis sociis  
b. Unus ex iis qui Troiae occiduntur  
c. Unus ex Hecubae liberis  
d. Unus ex Priami concubinarum filiis
- H. Quando Priamus magnum exercitum parat?  
a. Priusquam in Phrygiam it  
b. Antequam Troiani ab Hercule in oppido premuntur  
c. Postquam Troiam redit  
d. Dum in Phrygia est
4. Barra la risposta corretta fra quelle proposte, in base al testo letto. (8 punti)
- A. R. 3 **Cui** è:  
a. Pronome relativo  
b. Pronome interrogativo  
c. Pronome indefinito  
d. Nesso relativo
- B. R. 4 **Ubi** è:  
a. Avverbio relativo che indica un luogo  
b. Avverbio relativo che indica un tempo  
c. Avverbio interrogativo che indica un luogo  
d. Avverbio interrogativo che indica un tempo
- C. R. 5 **Cum** è:  
a. Congiunzione coordinante  
b. Congiunzione subordinante con l'indicativo  
c. Congiunzione subordinante con il congiuntivo  
d. Preposizione
- D. R. 6 L'accusativo **Domum** è:  
a. Complemento oggetto  
b. Complemento predicativo dell'oggetto  
c. Complemento di moto a luogo  
d. Accusativo di relazione
- E. R. 11 **Eos** è riferito a:  
a. Priamus et Hecuba  
b. Helenus et Troilus  
c. Filii ex concubinis nati  
d. Hecubae et aliarum legitimarum uxorum filii
- F. R. 11 **Ut** introduce:  
a. Una completiva  
b. Una temporale  
c. Una consecutiva  
d. Una finale
- G. R. 11 **Ampliora** è:  
a. Comparativo nominativo plurale  
b. Comparativo accusativo plurale  
c. Superlativo nominativo plurale  
d. Superlativo accusativo plurale
- H. R. 12 **Ne** introduce:  
a. Una finale  
b. Una completiva  
c. Una consecutiva  
d. Una interrogativa indiretta
5. Trasforma le seguenti proposizioni secondo quanto suggerito (4 punti)
- A. R. 7 Ubi nuntiatum est, PATREM OCCISUM ESSE  
Ubi nuntiatum est: "Pater \_\_\_\_\_"
- B. R. 8 PRIAMUS ID GRAVITER TULIT  
Id a Priamo graviter \_\_\_\_\_

- C. R. 10 ERANT EI ETIAM ALII FILII  
 Is etiam alios filios \_\_\_\_\_
- D. R. 12 MILITUM MULTITUDINEM IBI ESSE FECIT  
 Effecit ut militum multitudo ibi \_\_\_\_\_

*Pars altera: Priamus Hesionam in patriam ducere vult*

*Summarium*

Priamus vult ab hostibus sororem suam petere; ergo mittit Antenorem ad Peleum ut Graeci eam reddant. Peleus autem Antenorem a regno suo pellit et is ad Telamonem it. Sed Telamon Hesionam reddere non vult, quia eam dono propter virtutem habuit.



1	[Priamus] regiam quoque aedificavit, et ibi aram Iovi statuamque posuit. Postquam Ilium tutum
2	vidit, tempus expectavit. Ut visum est ei iniurias patris vindicare, Antenorem <sup>1</sup> vocari iubet
3	dicitque ei <u>se velle eum legatum in Graeciam mittēre</u> . Dicit graves sibi iniurias ab his qui cum
4	exercitu venérant factas esse: Laomedon pater occisus erat et Hesiona vi rapta erat; dicit ea
5	<u>omnia tamen aequo se animo passurum esse</u> , si Hesiona ei reddatur.
6	Antenor, ut Priamus imperavit, venit Magnesiam ad Peleum <sup>2</sup> . Quem Peleus recēpit, deinde rogat
7	eum cur venērit. Antenor dicit: "Priamus iussērat Graecos rogari ut Hesiona redderetur". Ubi
8	Peleus haec audivit, graviter tulit, et <u>iussit eum de finibus suis discedere</u> . Antenor Salaminam ivit
9	ad Telamonem, <u>Hesionam petendi causā</u> ; coepit eum rogare ut Priamo Hesionam sororem
10	redderet. Telamon Antenori respondit nihil a se adversus Priamum factum esse; se neminem
11	daturum esse, quia virtutis causā <sup>3</sup> donatus erat.

<sup>1</sup> Antenor est vir Troianus.

<sup>2</sup> Peleus est Thessaliae rex, unus ex Graecis qui contra Ilium ivērunt

<sup>3</sup> Virtutis causā = propter virtutem

6. Inserisci le parole mancanti, flettendole in modo adeguato nella parafrasi del brano letto (6 punti)

Priamus Troiam securam fecit, deinde videns tempus esse ut patris caedem vindicaret, Antenorem vocavit ut eum legatum in Graeciam \_\_\_\_\_. Ei narravit aliquot Graecos Ilium venisse, Laomedontem interfecisse, Hesionam sororem abstulisse. Dixit tamen se omnia aequo animo laturum esse sed volebat \_\_\_\_\_ domum redire. Antenor, Priamo \_\_\_\_\_ primum Magnesiam ad Peleum vēnit, sed Thessaliae rex eum ex finibus suis pepulit. Deinde legatus Troianus ad Telamonem \_\_\_\_\_ et Hesionam ab \_\_\_\_\_ petiit. Telamon autem eam reddere noluit quia dicebat se virginem vi non \_\_\_\_\_ sed eam propter virtutem suam dono accepisse.

Hesiona, -ae, f.	Mitto, -is, misi, missum, -ěre
Impero, -as, -avi, -atum, -are	Proficiscor, -eris, profectus sum -i
Is, ea, id	Ratio, -is, -ui, raptum, -ěre

7. Trasforma le seguenti proposizioni, secondo quanto suggerito (6 punti)

- A. R. 1: [PRIAMUS] REGIAM QUOQUE AEDIFICAVIT  
[Priamus] dicitur regiam quoque \_\_\_\_\_
- B. R. 1-2: POSTQUAM ILIUM TUTUM VIDIT, tempus expectavit  
Cum Ilium tutum \_\_\_\_\_, tempus expectavit (si usi *cum* + cong.)
- C. R. 4-5: Dicit EA OMNIA TAMEN AEQUO SE ANIMO PASSURUM ESSE  
Dicit: "(Ego) ea omnia tamen aequo animo \_\_\_\_\_"
- D. R. 7: Rogat eum CUR VENĚRIT  
Rogat eum: "Cur (tu) \_\_\_\_\_?"
- E. R. 8: IUSSIT EUM DE FINIBUS SUIS DISCEDĚRE  
Imperavit ei ut de finibus suis \_\_\_\_\_
- F. R. 9: Antenor Salaminam ivit ad Telamonem, HESIONAM PETENDI CAUSĀ  
Antenor Salaminam ivit ad Telamonem, ut Hesionam \_\_\_\_\_

## Soluzioni

1. Ilii cives ab Hercule pressi sunt, postquam **VIR** Ilium venērat. Laomedon, Ilii rex, cognovit hostes contra civitatem bellum **MOVISSE** sed Hercules eum interfēcit, dum Troiam redit. Telamon, qui primus in civitatem intravērat, ab Hercule Hesonam accēpit, quia **EI** magna virtus erat. Priamus, Laomedontis filius, Troiae non erat quia pater eum imperatorem in Phrygiam misērat. Cum magnis opibus **QUAS** rapuērant in oppido, Hercules et eius socii domum rediērunt et Telamon secum Laomedontis filiam **DUXIT**. Priamus tristis factus est cum cognovisset patrem mortuum esse et sororem in Graeciam latam esse. Is cum familiā suā Ilium vēnit et novos muros aedificavit et voluit magnum exercitum habēre, quia **NOLEBAT** ab hostibus sicut pater vinci.

2.

1.Ilii rex a Telamone occīditur in itinere ad oppidum	V	F
2.Priami soror dono datur primo Troiam intranti	V	F
3.Telamon, Ilium intrans, Hesonam videt et rapit	V	F
4.Cum Hercules et eius socii domum rursus veniunt, Telamon non vult Hesonam secum ferre	V	F
5.Priami filii ex concubinis generati ex regio genere non dicuntur	V	F
6.Priamus multos milites vult ut civitatem suam defendant	V	F

3. Barra la risposta corretta fra quelle proposte, in base a quanto hai letto nel brano. (8 punti)

A. Quando Laomedon moritur?

- a. Postquam Ilium ab Hercule deletum est
- b. Cum Telamon eum occīdit
- c. **Dum Ilium venit**
- d. Dum Hesiona a Telamone rapitur

B. Quis est Telamon?

- a. Unus ex iis qui cum Laomedonte Troiam redeunt
- b. **Unus ex iis qui cum Hercule Ilium veniunt**
- c. Unus ex iis qui in oppido premunturd.
- d. Unus ex iis qui cum Priamo in Phrygiā sunt

C. Quomodo Telamon virtutem suam ostendit?

- a. Primus contra hostes movit multosque occīdit
- b. **Primus in hostium civitatem venit**
- c. Primus praedam et Hesonam ad naves fert
- d. Primus contra Herculem et eius milites movit

D. Quis est Hesiona?

- a. Telamonis soror
- b. Herculis filia
- c. **Una ex Trojanis captivis**
- d. Una ex Priami filiis

E. Cur Priamus in oppido non est cum Hercules Troianos petit?

- a. Quia fugit ante hostes
- b. Quia pater eum in exilium egit
- c. Quia Hercules eum in Phrygiam misit
- d. **Quia in Phrygiā cum Laomedontis exercitu erat**

F. Quid facit Hercules postquam Troiam cepit?

- a. Laomedontem occīdit
- b. **In patriam redit**
- c. In Phrygiam it
- d. Contra Priamum movet

G. Quis est Deiphobus?

- a. Unus ex Herculis sociis
  - b. Unus ex iis qui Troiae occiduntur
  - c. **Unus ex Hecubae liberis**
  - d. Unus ex Priami concubinarum filiis
- H. Quando Priamus magnum exercitum parat?
- a. Priusquam in Phrygiam it
  - b. Antequam Troiani ab Hercule in oppido premuntur

- c. Postquam Troiam rediit  
d. Dum in Phrygia est

4. Barra la risposta corretta fra quelle proposte, in base al testo letto. (8 punti)

A. R. 3 **Cui** è:

- a. Pronome relativo  
b. Pronome interrogativo  
c. Pronome indefinito  
d. Nesso relativo

B. R. 4 **Ubi** è:

- a. Avverbio relativo che indica un luogo  
b. Avverbio relativo che indica un tempo  
c. Avverbio interrogativo che indica un luogo  
d. Avverbio interrogativo che indica un tempo

C. R. 5 **Cum** è:

- a. Congiunzione coordinante  
b. Congiunzione subordinante con l'indicativo  
c. Congiunzione subordinante con il congiuntivo  
d. Preposizione

D. R. 6 L'accusativo **Domum** è:

- a. Complemento oggetto  
b. Complemento predicativo dell'oggetto  
c. Complemento di moto a luogo  
d. Accusativo di relazione

E. R. 11 **Eos** è riferito a:

- a. Priamus et Hecuba  
b. Helenus et Troilus  
c. Filii ex concubinis nati  
d. Hecubae et aliarum legitimarum uxorum filii

F. R. 11 **Ut** introduce:

- a. Una completiva  
b. Una temporale  
c. Una consecutiva  
d. Una finale

G. R. 11 **Ampliora** è:

- a. Comparativo nominativo plurale  
b. Comparativo accusativo plurale  
c. Superlativo nominativo plurale  
d. Superlativo accusativo plurale

H. R. 12 **Ne** introduce:

- a. Una finale  
b. Una completiva  
c. Una consecutiva  
d. Una interrogativa indiretta

5.

A. R. 7 Ubi nuntiatum est, PATREM OCCISUM ESSE  
Ubi nuntiatum est: "Pater OCCISUS EST"

B. R. 8 PRIAMUS ID GRAVITER TULIT  
Id a Priamo graviter LATUM EST

C. R. 10 ERANT EI ETIAM ALII FILII  
Is etiam alias filios HABEBAT

D. R. 12 MILITUM MULTITUDINEM IBI ESSE FECIT  
Effecit ut militum multitudo ibi ESSET

6. Priamus Troiam securam fecit, deinde videns tempus esse ut patris caedem vindicaret, Antenorem vocavit ut eum legatum in Graeciam **mitteret**. Ei narravit aliquot Graecos Ilium venisse, Laomedontem interfecisse, Hesionam sororem abstulisse. Dixit tamen se omnia aequo animo laturum esse sed volebat **Hesionam** domum redire. Antenor, Priamo **imperante**, primum Magnesiam ad Peleum vēnit, sed Thessaliae rex eum ex finibus suis pepulit. Deinde legatus

Troianus ad Telamonem **profectus est** et Hesonam ab **eo** petiit. Telamon autem eam reddere noluit quia dicebat se virginem vi non **rapuisse** sed eam propter virtutem suam dono accepisse.

7.

- A. R. 1: [PRIAMUS] REGIAM QUOQUE AEDIFICAVIT  
[Priamus] dicitur regiam quoque AEDIFICAVISSE
- B. R. 1-2: POSTQUAM ILIUM TUTUM VIDIT, tempus expectavit  
Cum Ilium tutum VIDISSET, tempus expectavit (si usi *cum* + cong.)
- C. R. 4-5: Dicit EA OMNIA TAMEN AEQUO SE ANIMO PASSURUM ESSE  
Dicit: "(Ego) ea omnia tamen aequo animo PATIAR"
- D. R. 4-5: Rogat eum CUR VENERIT  
Rogat eum: "Cur (tu) VENISTI?"
- E. R. 8: IUSSIT EUM DE FINIBUS SUIS DISCEDERE  
Imperavit ei ut de finibus suis DISCEDERET
- F. R. 9: Antenor Salaminam ivit ad Telamonem, HESIONAM PETENDI CAUSĀ  
Antenor Salaminam ivit ad Telamonem, ut Hesonam PETERET